 deserta ab eo  
 criminis  
 admisisset,  
 illi  
 potius adscribendum  
 qui  
 coniugii foedera  
 disruptisset:  
 ad haec  
 ille,  
 cum  
 diu  
 condicionem naturae  
 praetendisset  
 humanae,  
 quam  
 fragilem et incertam  
 periculosum esset  
 carnalibus desideriis et operibus  
 diutius implicari,  
 adiciens  
 adstruebat

1. But although  
 he persisted unremittingly  
 in beseeching thus,  
 his inflexible spouse  
 would not give her consent to him,  
 saying  
 that she  
 could never  
 abstain  
 from conjugal relations  
 in the flower of her life,  
 and  
 that if she  
 were abandoned by him  
 and committed  
 some  
 sin  
 it would have to be imputed  
 to him  
 instead  
 for having broken  
 the bonds of marriage.  
 Thereupon,  
 after  
 having set out  
 at length  
 the condition  
 of human nature,  
 which,  
 because of its weakness and instability,  
 it would be dangerous  
 to entangle over  
 an extended period  
 in carnal desires and labors,  
 he added

non licere cuiquam  
 eius se boni  
 extorrem facere  
 cui  
 omnimodis  
 inhaerendum esse  
 didicisset,  
 maiorisque esse periculi  
 despiciere  
 cognitam bonitatem  
 quam  
 incognitam  
 non amare:  
 proinde  
 se  
 iam  
 reatu etiam  
 praeuaricationis  
 inuolui,  
 si  
 inuentis  
 tam praeclaris  
 tamque caelestibus  
 bonis  
 terrena ac sordida  
 praetulisset.

that a person was not permitted  
 to reject  
 a good  
 to which  
 he had been taught  
 that he must absolutely  
 adhere,  
 and that it was more dangerous  
 to despise  
 a known good  
 than  
 not to love  
 an unknown one.  
 Consequently,  
 he was  
 already  
 ensnared  
 in the guilt  
 of sin  
 if  
 he preferred  
 what was earthly and filthy  
 to the goods  
 that he had discovered,  
 which were so excellent  
 and so heavenly.

2. ad  
 omnem sane aetatem  
 omnemque sexum  
 perfectionis magnificentiam  
 pertinere  
 et uniuersa ecclesiae membra  
 ad conscendendam  
 sublimium meritorum celsitudinem  
 prouocari  
 dicente apostolo:  
*sic currite  
 ut comprehendatis,*  
 nec  
 propter lentorum et segnium moras  
 paratos atque alacres  
 debere subsistere,  
 cum  
 rectius sit  
 ut  
 desides  
 a praecurrentibus incitentur  
 quam  
 ut  
 properantes  
 a residentibus obligentur.

2. The greatness of perfection  
 belonged  
 to  
 every age  
 and to both sexes,  
 and all the members of the Church  
 were urged  
 to scale  
 the heights of lofty virtue  
 by the Apostle, when he said:  
*Run in such a way  
 as to obtain (1Kor. 9,24).*  
 Nor should  
 those who were ready and eager  
 have to stand still  
 because of the indolent and the lazy,  
 when  
 it was better  
 for the slow  
 to be spurred on  
 by those who were running ahead  
 than  
 for those who were hastening  
 to be held back  
 by those who had stopped.

proinde  
 statutum sibi decretumque esse  
 renuntiare saeculo  
 ac mori mundo,  
 ut  
 uiuere possit deo,

Consequently,  
 he had determined and decided for himself  
 to renounce secular life  
 and to die to the world  
 in order  
 to be able to live to God.

et si  
 hanc beatitudinem  
 nequeat obtinere,  
 ut  
 cum socia sua  
 in consortium transeat Christi,  
 malle  
 se  
 uel cum unius membri dispendio  
 saluum fieri  
 et uelut debilem  
 intrare in regna caelorum  
 quam  
 cum soliditate corporis  
 condemnari.

3. adiciebat autem  
 etiam ista dicens:  
 si  
 Moyses  
 pro duritia cordis  
 dimitti  
 permittit  
 uxores,  
 quare  
 hoc non sinat  
 Christus  
 pro desiderio castitatis,  
 praesertim  
 cum  
 idem dominus  
 inter ceteras adfectiones,  
 id est  
 patrum matrumque ac filiorum,  
 quibus  
 omnem reuerentiam  
 non solum lex  
 sed etiam ipse  
 praeceperat  
 exhiberi,  
 tamen  
 pro  
 nomine suo  
 ac desiderio perfectionis  
 non solum  
 contemnenda simpliciter,  
 sed etiam  
 odio habenda esse  
 decernens  
 coniungat eis similiter  
 etiam nomen uxorum  
 dicens:

*et omnis  
 qui reliquit domum  
 uel fratres aut sorores  
 aut patrem aut matrem  
 aut uxorem aut filios  
 propter nomen meum,  
 centuplum accipiet*

And if  
 he was unable  
 to have the blessing  
 of  
 joining Christs company  
 with his wife,  
 he preferred  
 to be  
 saved  
 even at the expense of one member  
 and as it were to enter the kingdom of heaven  
 crippled,  
 rather than  
 to be condemned  
 with a sound body.

3. He also added  
 these words, and said:  
 If  
 Moses  
 permitted  
 wives  
 to be divorced  
 because of hardness of heart,  
 why  
 would Christ  
 not allow this  
 because of a desire for chastity?

Indeed,  
 not only the law  
 but the Lord himself  
 had commanded  
 that,  
 among other dispositions  
 toward fathers and mothers and children,  
 utter reverence  
 was to be shown them.

Yet,  
 for  
 his names sake  
 and out of a desire for perfection,  
 he decreed  
 that they should  
 not only be merely despised  
 but that they should even be hated,  
 and to these  
 he also joined  
 the name of wife  
 when he said:

*Everyone  
 who leaves house  
 or brothers or sisters  
 or father or mother  
 or wife or children  
 for the sake of my name  
 shall receive a hundredfold*

*et uitam aeternam possidebit.*

*and shall possess eternal life (Mt. 19,29).*

4. in tantum ergo  
 perfectioni  
 quam praedicat  
 nihil patitur  
 comparari,  
 ut  
 illam quoque necessitudinem  
 solui  
 patris ac matris,  
 quae  
 secundum apostolum  
 primum obtinet  
 in repromissione mandatum  
 (*honora*  
 scilicet  
*patrem ac matrem,*  
*quod est mandatum primum*  
*in repromissione,*  
*ut bene sit tibi*  
*et sis longaeuus*  
*super terram),*  
 eamque despici  
 pro suo amore  
 praecipiat.

4. To such an extent, then,  
 did he permit nothing  
 to be compared  
 to the perfection  
 which he preached  
 that he  
 even ordered  
 the relationship  
 with ones father and mother  
 to be dissolved  
 and to be despised  
 for love of him,  
 although,  
 according to the Apostle,  
 this involves the first  
 commandment with a promise  
 - namely:  
*Honor*  
*your father and mother,*  
*which is the first commandment*  
*with a promise,*  
*that it may go well with you*  
*and that you may be longlived*  
*upon the earth (Ef. 6,2-3).*

euidenter itaque  
 sicut  
 eos  
 euangelicus sermo  
 condemnat  
 qui  
 non interueniente adulterii crimine  
 uxoriam uincla  
 disrumpunt,  
 ita  
 ob  
 amorem Christi  
 et desiderium castitatis  
 his  
 qui  
 iugum carnale  
 reiecerunt  
 etiam centupla praemia  
 repromittit.

Clearly, then,  
 just as  
 the word of the Gospel  
 condemns  
 those  
 who  
 break  
 the bonds of marriage  
 by the crime of adultery,  
 so also  
 it promises  
 hundredfold rewards  
 to those  
 who,  
 on account of  
 a love for Christ  
 and a desire for chastity,  
 have rejected  
 the yoke of the flesh.

5. quapropter  
 si fieri potest,  
 ut  
 ad hanc  
 mihi optatissimam  
 partem  
 accepta tandem ratione  
 flectaris,  
 scilicet  
 ut  
 domino seruiantes

5. Hence,  
 if it is possible  
 for you  
 to accept this reasoning  
 and to turn with me  
 to that  
 most desirable  
 form of life,  
 so  
 that  
 together

poenam gehennae  
pariter  
euitemus,  
caritatem coniugii  
non refuto,  
immo etiam  
maiore adhuc dilectione  
conplector.

agnosco enim  
et ueneror  
adiutricem meam  
domini mihi  
sententia deputatam  
et indisrupto  
eidem  
foedere caritatis  
in Christo  
cohaerere  
non respuo,  
nec a me separo  
quod  
dominus  
mihi  
primae statim conditionis lege  
coniunxit,  
dummodo  
sis  
et ipsa  
quod  
conditor  
esse te  
uoluit.

6. si uero  
non adiutrix esse  
uolueris  
sed deceptrix  
et  
adminiculum  
te  
non mihi,  
sed aduersario  
malueris  
exhibere,  
atque  
ob hoc  
adtributum  
putas  
coniugii sacramentum,  
ut  
te  
huic quae ingeritur  
fraudans  
saluti  
insuper et me  
a discipulatu  
retrahas  
saluatoris,

we might serve the Lord  
and escape  
the punishment of Gehenna,  
I will not reject  
our married love.  
On the contrary,  
I will embrace it  
with still greater affection.

For I recognize  
and venerate  
the helpmeet  
who was assigned to me  
by the Lords decree,  
and I do not refuse  
to cling  
to her  
in Christ  
by an unbroken  
covenant of love.  
Nor will I separate from myself  
what  
the Lord  
has joined  
to me  
by the law of our primordial condition  
as long as  
you yourself  
are  
what  
the Creator  
wanted  
you to be.

6. But if  
you want to be not  
my helpmeet  
but my seducer,  
and if  
you prefer  
to  
give  
your support  
not to me  
but to the adversary,  
and if  
you think  
that the sacrament of matrimony  
was given you  
so  
that  
you might defraud  
yourself  
of the salvation  
offered you  
and also  
keep me  
from being the Saviors  
disciple,

ita  
illam  
abbatis Iohannis,  
immo Christi ore prolatam  
sententiam  
uiriliter  
adprehendam,  
ut  
me  
a spiritali bono  
nulla carnalis  
auellere  
possit  
adfectio.

*qui*  
enim  
*non oderit,*  
inquit,  
*patrem*  
*et matrem*  
*et filios*  
*et fratres*  
*et sorores*  
*et uxorem*  
*et agros,*  
*insuper et animam suam,*  
*non potest meus esse discipulus.*

7. cum ergo  
his atque huiusmodi uerbis  
muliebris  
non flecteretur  
intentio  
et in eadem obstinationis duritia  
permaneret,  
si  
ego te,  
inquit beatus Theonas,  
abstrahere a morte  
non possum,  
nec tu me  
separabis a Christo:  
tutius est autem mihi  
cum homine  
quam cum deo  
habere diuortium.

adspirante  
itaque  
gratia dei  
definitionis suae executionem  
instanter  
adgressus est  
nec intepescere  
per aliquam moram  
desiderii sui  
est passus  
ardorem.

then I will  
manfully  
lay hold  
of the  
words  
uttered by Abba John,  
or rather by Christ himself,  
to the effect that  
no carnal  
affection  
should be able  
to keep  
me  
from a spiritual good.

For  
*whoever*  
*does not hate*  
  
*father*  
*and mother*  
*and children*  
*and brothers*  
*and sisters*  
*and wife*  
*and fields,*  
*and his own soul besides,*  
*cannot be my disciple (1c. 14,26).*

7. When, therefore,  
despite these and other such words  
the womans  
attitude  
was unbending,  
and she remained  
obstinate and unyielding,  
the blessed Theonas said:  
If  
I am  
unable  
to keep you from death,  
neither shall you  
separate me from Christ.  
It is safer for me  
to be divorced  
from a human being  
than from God.

And so,  
inspired  
by the grace of God,  
he at once  
took steps  
to carry out his decision,  
and he did not permit  
the ardor  
of his desire  
to grow cold  
on account of any delay.

nam  
 confestim  
 omni mundana facultate  
 nudatus  
 ad monasterium  
 peruolauit,  
 ubi  
 in breui  
 tanto splendore  
 sanctitatis et humilitatis  
 enituit,  
 ut  
 beatae memoriae Iohanne  
 ad dominum  
 ex hac luce  
 migrante,  
 sancto quoque  
 Helia,  
 uiro qui  
 non minor decessore suo  
 fuit,  
 similiter decedente  
 tertius  
 Theonas  
 uniuersorum electus iudicio  
 in diaconiae  
 eis  
 dispensatione  
 successerit.

For  
 he immediately  
 stripped himself  
 of all his worldly property  
 and took flight  
 to a monastery.  
 There  
 in a brief period  
 he shone  
 so brightly  
 with holiness and humility  
 that,  
 when John of blessed memory  
 left  
 this worlds light  
 for the Lord,  
 and the holy  
 man  
 Elijah  
 - who was  
 not inferior to his predecessor –  
 had also died,  
 Theonas  
 was the third  
 to be chosen when everyone was polled,  
 and he succeeded  
 them  
 in the distribution  
 of alms.

X. SATISFACTIO PRO EO, NE DISCIDIA CONIUGIBUS  
 SUADERE UIDEAMUR

Nemo autem  
 existimet  
 nos  
 haec  
 ad prouocanda  
 coniugiorum diuortia  
 texuisse,  
 qui  
 non solum  
 nuptias  
 minime condemnamus,  
 uerum etiam  
 apostolicam sequentes sententiam  
 dicimus:  
*honorabile coniugium in omnibus  
 et torus immaculatus,*  
 sed  
 ut  
 lectori  
 initium conuersionis,  
 quo  
 tantus ille uir  
 deo dicatus est,  
 fideliter panderemus.

10. *An explanation of this, lest we appear to be  
 recommending separation to spouses*

1. But no one  
 should think  
 that we  
 have made  
 all of this up  
 in order to encourage  
 spouses to divorce.  
 We not only  
 do not condemm  
 marriage  
 but we even  
 say  
 in accordance with the words of the Apostle:  
*Marriage is honorable among all,  
 and the marriage bed is undefiled (Hebr. 13,4).*  
 We wanted  
 to describe faithfully  
 to the reader,  
 however,  
 the beginning of the conversion  
 wherein  
 this great man  
 was dedicated to the Lord.

2. a quo  
 bona gratia  
 hoc primum  
 depono,  
 ut,  
 siue hoc ei placeat  
 siue displiceat,  
 quoquo modo  
 me  
 a calumnia  
 alienum esse  
 concedens  
 in suo  
 hoc factum  
 aut laudet  
 aut reprehendat  
 auctore.

ego autem,  
 qui  
 non meam  
 super hac re  
 sententiam  
 prompsi,  
 sed  
 rei gestae  
 historiam  
 simplici narratione  
 complexus sum,  
 aequum est,  
 ut  
 sicut  
 mihi  
 de eorum  
 qui hoc factum probant  
 laude  
 nihil uindico,  
 ita  
 eorum  
 qui id improbant  
 non pulser  
 inuidia.

3. habeat ergo  
 suum  
 de illo ut diximus  
 unusquisque  
 iudicium:  
 sed moneo,  
 ut  
 ita  
 censuram  
 sui  
 castiget  
 examinis,  
 ne  
 se  
 aequiorem aut sanctiorem  
 diuino

2. I ask  
 the reader  
 kindly  
 first of all  
 to  
 find  
 me  
 blameless,  
 whether he is pleased  
 or displeased with this,

and  
 either to praise  
 or to blame  
 the actual doer  
 of the deed.

I myself  
 have not  
 offered  
 my own  
 viewpoint  
 in this matter  
 but  
 have presented  
 a factual  
 history  
 in simple narrative form,  
 and it is right  
 that,  
 just as  
 I do not claim  
 for myself  
 any praise f  
 rom those  
 who approve of this deed,  
 neither  
 should I feel  
 the anger  
 of those  
 who disapprove of it.

3. Let each person, then,  
 have  
 his own  
 opinion  
 about this, as we have said.  
 But I warn him  
 to

refrain  
 from censorious

criticism,  
 lest  
 he believe  
 himself  
 fairer or holier



credat esse  
 iudicio,  
 quo  
 in eum  
 etiam apostolicarum  
 conlata sunt  
 signa  
 uirtutum,  
 ut taceam  
 de tantorum patrum sententia,  
 a quibus  
 factum eius  
 non solum  
 minime reprehensum,  
 uerum etiam  
 usque adeo  
 conlaudatum esse  
 manifestum est,  
 ut  
 eum  
 summis ac sublimissimis uiris  
 in diaconiae electione  
 praetulerint.  
 et puto  
 tot spiritalium uirorum  
 deo auctore prolatum  
 non errasse  
 iudicium,  
 quod  
 etiam tanta  
 ignorum,  
 ut supra iam dictum est,  
 admiratio  
 confirmabat.

than the divine  
 judgment,  
 by which  
 even the wonders  
 of apostolic  
 miracles  
 were conferred  
 on this man.  
 I shall not even mention  
 the opinion of numerous fathers,  
 who  
 manifestly  
 did not only  
 not blame  
 his action  
 but even  
 lauded it  
 to the extent  
 that  
 they preferred  
 him  
 to the most eminent and distinguished men  
 in the choice for almsgiving.  
 And I am sure  
 that the judgment  
 made by so many spiritual men,  
 which had God as its author,  
 was not erroneous,  
 having  
 been confirmed  
 by such  
 marvelous  
 wonders,  
 as has already been said.

XI. INQUISITIO, CUR IN AEGYPTO TOTIS DIEBUS  
 QUINQUA ENSIMAE NON IEIUNETUR NEC GENUA IN  
 ORATIONE CURUENTUR

11. *Vraag: Waarom men in Egypte tijdens de gehele  
 vijftigdagentijd niet vast en niet knielt bij het gebed*

Sed iam tempus est  
 ut  
 promissae disputationis ordinem  
 persequamur.

But it is now time for us  
 to  
 follow  
 the plan of the promised discussion.

igitur  
 abba Theonas  
 cum  
 diebus Quinquagesimae  
 nos in nostra cellula  
 uisitasset,  
 uespertina orationum sollemnitate  
 transacta  
 humi paululum consistentes  
 coepimus  
 diligentius percontari,  
 cur  
 apud eos  
 tanta obseruantia

Op een keer  
 bezocht  
 abt Theonas  
 ons in onze cel.  
 Het was in de vijftigdagentijd.  
 Toen de plechtigheid van de vespers  
 was afgelopen  
 en wij een ogenblik bij elkaar zaten op de grond,  
 begonnen wij  
 hem uit te vragen,  
 waarom  
 men er bij hen  
 met zoveel zorg

caueretur,  
 ne quis penitus  
 totis Quinquagensimae diebus  
 uel  
 genua in oratione curuaret  
 uel  
 usque ad horam nonam  
 ieiunare praesumeret,  
 eoque id  
 diligentius scrutabamur,  
 quod  
 nequaquam  
 hoc tanta cautione seruari  
 in Syriae monasteriis  
 uideramus.

voor waakte  
 dat niemand  
 tijdens de gehele vijftigdagentijd

knielde bij het gebed  
 en  
 zich aanmatigde te vasten  
 tot het negende uur.  
 Wij vroegen dit  
 met des te meer belangstelling,  
 omdat wij dit  
 in de kloosters van Syrië  
 nooit  
 zo nadrukkelijk in acht genomen  
 hadden zien worden.

XII. RESPONSIO DE NATURA EORUM QUAE BONA UEL  
 MALA UEL MEDIA SUNT

12. *Antwoord: Er zijn dingen die goed zijn, en die  
 kwaad zijn, en die zich er tussenin bevinden*

Ad haec  
 abba Theonas  
 tali  
 usus est  
 sermonis exordio.

Hierop  
 begon  
 abt Theonas  
 zijn uiteenzetting  
 als volgt:

oportet quidem  
 nos  
 auctoritati patrum  
 consuetudinique maiorum  
 usque ad nostrum tempus per tantam annorum seriem  
 protelatae  
 etiam non percepta ratione  
 concedere  
 eamque,  
 ut antiquitus tradita est,  
 iugi obseruantia ac reuerentia  
 custodire.

We dienen ons  
 in elk geval  
 te voegen  
 naar het gezag van de Vaders  
 en de sinds lange jaren tot op onze tijd  
 overgeleverde  
 gewoonte van de Ouden,  
 zelfs als de reden ervan ons ontgaat;  
 we moeten haar,  
 zoals ze vanouds is doorgegeven,  
 met eerbied en toewijding  
 trouw blijven.

2. uerumtamen  
 quoniam  
 causas huius rei et rationem  
 uultis agnoscere,  
 accipite breuiter  
 ea quae  
 a senioribus nostris  
 tradita  
 super hac institutione  
 conperimus.

Doch  
 omdat u  
 er ook de reden en de grond van  
 wilt kennen,  
 geef ik u in het kort  
 wat  
 onze Ouderen  
 ons  
 hieromtrent  
 hebben overgeleverd.

uerumtamen  
 antequam  
 scripturae diuinae auctoritas  
 proferatur,  
 si placet,  
 de natura ipsius ieiunii et qualitate  
 pauca dicamus,  
 ut  
 disputationem nostram

Maar  
 alvorens  
 het gezag van de heilige Schrift  
 aan te halen,  
 zal ik eerst, als u wilt,  
 enkele woorden zeggen  
 over de aard en het wezen van het vasten zelf,  
 om  
 daarna

subsequens  
scripturarum confirmet auctoritas.

3. diuina sapientia  
per Ecclesiasten  
omni rei,  
id est  
uniuersis  
seu prosperis  
seu quae aduersa putantur et tristia  
tempus esse proprium  
designauit  
dicens:

*omnibus tempus est,  
et tempus  
omni rei sub caelo.  
tempus pariendi  
et tempus moriendi,  
tempus plantandi  
et tempus euellendi quod plantatum est,  
tempus occidendi  
et tempus sanandi,  
tempus destruendi  
et tempus aedificandi,  
tempus plorandi  
et tempus ridendi,  
tempus plangendi  
et tempus saltandi,  
tempus mittendi lapides  
et tempus colligendi lapides,  
tempus amplectendi  
et tempus longe fieri ab amplexu,  
tempus acquirendi  
et tempus perdendi,  
tempus custodiendi  
et tempus expellendi,  
tempus disrumpendi  
et tempus sarciendi,  
tempus tacendi  
et tempus loquendi,  
tempus amandi  
et tempus odiendi,  
tempus belli  
et tempus pacis,*

et infra  
*quia tempus est,  
inquit,  
omni rei  
et omni facto.*

4. nihil igitur  
ex his  
bonum esse perpetuum  
definiuit,  
nisi  
cum fuerit  
horum quid  
oportune et competenter expletum,  
ita ut  
haec eadem,

onze uiteenzetting  
met het gezag van de Schrift te bevestigen.

Gods wijsheid  
heeft bij monde van de Prediker  
gezegd  
dat er een eigen tijd is  
voor elke zaak,  
dat wil zeggen  
alle dingen,  
zowel de voorspoed  
als wat wij als tegenspoed en ongeluk beschouwen.

*Alles heeft zijn uur,  
en voor al wat er onder de hemel gebeurt,  
is er een tijd:  
een tijd van baren  
en een tijd van sterven;  
een tijd van planten  
en een tijd van uittrekken wat geplant is;  
een tijd van doden  
en een tijd van genezen;  
een tijd van afbreken  
en een tijd van opbouwen;  
een tijd van schreien  
en een tijd van lachen;  
een tijd van rouwen  
en een tijd van dansen.  
Een tijd van stenen wegwerpen  
en een tijd van stenen rapen;  
een tijd van omhelzen  
en een tijd van ver te blijven van de omhelzing;  
een tijd van verwerven  
en een tijd van verliezen;  
een tijd van bewaren  
en een tijd van weggooien;  
een tijd van scheuren  
en een tijd van herstellen;  
een tijd van zwijgen  
en een tijd van spreken;  
een tijd van beminnen  
en een tijd van haten;  
een tijd van oorlog  
en een tijd van vrede (Pred. 3,1-8).*

En even verder:  
*Er is een tijd  
voor ieder ding  
en ieder werk (Pred. 3,17).*

Niets  
van dit alles  
noemt de Prediker dus  
voortdurend goed,  
maar alleen  
als  
het  
op het goede en passende ogenblik wordt gedaan.

Hetzelfde

quae  
 nunc  
 oportune gesta  
 bene cedunt,  
 si  
 inportuno uel incongruo tempore  
 praesumantur,  
 inutilia inueniantur et noxia,  
 absque his dumtaxat  
 quae  
 per se  
 principaliter  
 uel bona  
 uel mala sunt  
 nec aliquando possunt  
 in contrarium deriuari,  
 ut est  
 iustitia,  
 prudentia,  
 fortitudo,  
 temperantia  
 ceteraeque uirtutes  
 siue e diuerso uitia,  
 quorum definitiones  
 in aliam partem  
 cadere omnino mutariue  
 non possunt.

si qua uero  
 in utrumque effectum  
 possunt aliquando transire,  
 ut  
 pro qualitate utentium  
 uel bona  
 inueniantur  
 uel mala,  
 haec  
 non absolute  
 pro sua natura,  
 sed pro  
 perpetrantis adfectu  
 et oportunitate temporis  
 uel utilia interdum  
 uel noxia  
 sentiuntur.

### XIII. QUALE BONUM SIT IEIUNIUM

Quamobrem  
 nunc quaerendum est  
 quid  
 super ieuniorum statu  
 decernere debeamus,  
 utrumnam  
 similiter et ipsum  
 bonum esse  
 eo modo

wat  
 op een bepaald moment  
 goed bekommt  
 omdat het te juister tijd wordt gedaan,  
 zal wanneer men het zich  
 op een niet passend en onjuist ogenblik  
 veroorlooft,  
 nutteloos en schadelijk blijken.  
 Uitgezonderd wel te verstaan  
 datgene  
 wat op zichzelf,  
 wezenlijk,  
 goed is  
 of kwaad is  
 en wat nooit  
 in het tegenovergestelde kan overgaan:  
 zoals  
 de rechtvaardigheid,  
 de voorzichtigheid,  
 de sterkte,  
 de gematigdheid  
 en de overige deugden,  
 of aan de andere kant de ondeugden:  
 de inhoud daarvan  
 kan nooit  
 in het tegendeel  
 overgaan of veranderen.

Maar wat betreft de dingen  
 die beide kanten  
 kunnen uit gaan,  
 die  
 naargelang de gesteldheid van de gebruiker,  
 goed  
 of kwaad  
 kunnen zijn:  
 die  
 beschouwt men  
 niet absoluut,  
 in hun natuur,  
 als nuttig  
 of nadelig,  
 maar overeenkomstig  
 de gezindheid van hem die handelt  
 en de geschiktheid van het ogenblik.

### 13. *Wat voor goed het vasten is*

De vraag is dus nu  
 wat we  
 moeten bepalen  
 over de positie van het vasten:  
 of  
 het  
 een goed is  
 op dezelfde wijze

quo  
iustitiam,  
prudentiam,  
fortitudinem  
ac temperantiam  
diximus,  
quae  
in partem contrariam  
penitus transire non possunt,  
an  
medium quid,  
quod  
interdum factum  
possit prodesse  
et interdum praetermissum  
condemnare non possit,  
quodque  
nonnumquam egisse  
reprehensibile sit,  
nonnumquam praetermissis  
laudabile.

als we  
voor de rechtvaardigheid,  
de voorzichtigheid,  
de sterkte  
en de gematigdheid  
hebben gezegd,  
die nooit  
in het tegenovergestelde  
kunnen overgaan,  
ofwel  
dat het iets neutraals is,  
dat men  
soms met vrucht  
kan doen  
en soms zonder schuld  
kan nalaten,  
maar waarvan  
het doen  
soms laakbaar kan zijn  
en het nalaten  
lofwaardig.

2. si enim in illa definitione uirtutum etiam ieiunium censeamus, ut inter principalia bona ciborum abstinentia conlocetur, erit profecto eorum mala et criminosa perceptio. quidquid enim principali bono contrarium est, sine dubio principale malum esse censendum est. quod definiri a nobis scripturarum sanctorum non permittit auctoritas.

Als we het vasten onder de bovengenoemde deugden rekenen, zodat het zich onthouden van spijs tot de hoofdzaken van het goede zou behoren, dan is dus het eten ervan slecht en verkeerd. Want wat tegenover een essentieel goed staat, is ongetwijfeld een essentieel kwaad te noemen. Maar het gezag van de heilige Schrift staat ons niet toe, het aldus te begrijpen.

3. si enim tali sensu ac proposito ieiunemus, ut peccatum contrahi in escarum participatione credamus, non modo nullos fructus pro abstinentia consequemur, sed etiam reatum maximum ac sacrilegii crimen secundum apostolum contrahemus, *abstinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his qui cognouerunt ueritatem. quia omnis creatura dei bona, et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur.*

Als we in die geest en met dat idee vasten, zodat we menen een zonde te begaan door het nemen van voedsel, dan zullen we niet alleen geen vruchten hebben van onze onthouding, maar bovendien grotelijks schuldig zijn, aan de misdaad van heiligschennis, volgens de Apostel: *Ze onthouden zich van spijzen, ofschoon God ze heeft geschapen om met dankzegging te worden gebruikt door de gelovigen en hen die de waarheid erkend hebben. Want al wat God geschapen heeft, is goed, en niets is verwerpelijk dat in dank wordt aanvaard* (1Tim. 4,3-4).

*qui enim putat quid commune esse, illi commune est.*

*Want wie iets als onrein beschouwt, voor hem is het onrein* (Rom 14,14).

et idcirco ob solam perceptionem escae neminem legimus condemnatum, nisi forte iunctum quid fuerit uel postea subsecutum, per quod meruerit condemnari.

En daarom lezen we nergens dat iemand louter om het nemen van spijs veroordeeld is, tenzij er niets bij is gekomen of erop is gevolgd waardoor hij een veroordeling verdiende.

### XIII. QUOD NON SIT PRINCIPALE BONUM IEIUNIUM

Itaque hoc medium esse etiam ex hoc manifestissime declaratur, quia sicut iustificat custoditum, ita non condemnat inruptum, nisi forte praeepti transgressio

### 14. *Het vasten is geen hoofdgoed*

Dat het vasten iets neutraals is, blijkt ook hieruit zeer duidelijk: het rechtvaardigt iemand die het in praktijk brengt, maar iemand die het verbreekt, wordt niet

magis quam escarum perceptio puniatur.

veroordeeld, of het moest zijn dat er straf valt voor de overtreding van een voorschrift, meer dan voor het nemen van eten.

principali autem bono ita nullum esse oportet uacuum tempus, ut siue eo cuiquam esse non liceat, quia necesse est cessatione eius in malum conruere negligentem.

Een hoofdgoed mag geen enkel moment afwezig zijn: het mag aan niemand ontbreken, want zodra hij het niet heeft, valt hij noodzakelijk in het kwaad.

nec rursus principali malo ullum conceditur tempus, quia quod noxium semper est, numquam poterit, si admissum fuerit, non nocere uel in partem umquam laudabilem conmutari.

Voor iets wat essentieel kwaad is, wordt nooit de tijd vergund: wat altijd schadelijk is, kan nooit, als men het zich veroorlooft, zonder nadeel zijn of in iets lofwaardigs veranderen.

2. ac perinde haec, quibus qualitates statutas uidemus et tempora et quae sic obseruata sanctificant ut ommissa non polluant, media esse manifestum est, ut puta nuptias, agriculturam, diuitias, solitudinis remotionem, uigilias, sacrorum lectionem meditationemque librorum ipsaque ieiunia, de quibus principium sermonis exortum est.

Hieruit besluiten we dat de dingen, waarvoor we de wijze en de tijden bepaald zien, en waarvan het doen zó heiligt dat het nalaten niet ontheiligt, duidelijk neutraal zijn, zoals bijvoorbeeld het huwelijk, de landbouw, de rijkdom, de afzondering in eenzaamheid, het waken, het lezen en overwegen van de heilige boeken, en ook het vasten, waarom het in dit gesprek begonnen is.

quae omnia diuina praeceptio uel sanctarum auctoritas scripturarum non ita incessabiliter obtinenda nec iugiter custodienda decreuit, ut ea paululum intermississe nefarium sit.

De geboden van God en het gezag van de heilige Schriften bepalen omtrent dit alles niet dat men het zó constant en voortdurend in praktijk moet brengen dat het een kwaad zou zijn om het eens een ogenblik niet te doen.

3. quidquid enim imperatiue decernitur, mortem inrogat non inpletum: quaecumque uero suadentur potius quam iubentur, facta prosunt, infacta non puniunt.

Want wat als een bevel wordt bepaald, brengt de dood mee als men het niet doet; doch wat eerder wordt aangeraden dan bevolen, zal van nut zijn als men het doet, maar geen straf oproepen als men het niet doet.

et idcirco aut omnia haec aut certe quaedam pro causa, pro loco, pro modo, pro tempore circumspecte agere nos maiores nostri et prouide obseruare iusserunt, quia si congrue horum aliquid actitetur, aptum atque conueniens, si incongrue, ineptum esse constat ac noxium.

Daarom hebben onze Vaders ons op het hart gedrukt om in dit alles, of voor bepaalde dingen ervan, omzichtig te handelen en het weloverwogen in praktijk te brengen, rekening houdend met de omstandigheden, de plaats, de maat, de tijd, want als het te pas wordt gedaan, dan is het gunstig en dienstig, maar wordt het te onpas gedaan, dan is het ongunstig en schadelijk.

acsi uelit quis in fratris aduentu, in quo Christum debet humanitate reficere et gratissima susceptione complecti, austeritatem ieiunii custodire, nonne inhumanitatis potius crimen incurrit quam laudem aut meritum religionis adquiret?

Nemen we het voorbeeld van het bezoek van een broeder, in wie we Christus gastvrij moeten ontvangen en met de grootste liefde onthalen. Als iemand op dat ogenblik het vasten strikt wil bewaren, begaat hij dan niet eerder het kwaad ongestvrij te zijn, in plaats van de lof en de verdienste te hebben van zijn devotie?

4. uel si, cum defectio et inbecillitas carnis reparationem uirium escae perceptione deposcit, non adquiescat aliquis rigorem abstinentiae relaxare, nonne magis crudelis sui corporis homicida quam salutis prouisor est aestimandus?

Of als iemand, wiens uitgeputte en zwakke lichaam voedsel eist voor het herstel van zijn krachten, geen verzachting van zijn streng vasten aanvaardt, is hij dan niet eerder als een wrede moordenaar van zijn lichaam te beschouwen dan als iemand die zorg voor zijn welzijn draagt?

ita etiam cum tempus festiuitatis escarum congruum fotum et refectionem necessariae absolutionis indulget, si quis ieiuniorum rigidam obseruantiam indisrupte uoluerit retentare, necesse est ut non tam religiosus quam inconditus atque inrationabilis habeatur.

5. sed et illis haec nihilominus repperientur aduersa, qui humanam laudem ieiuniis aucupantur et inani ostentatione palloris famam sanctitatis adquirunt, quos in praesenti suam recepisse mercedem euangelicus sermo pronuntiat, uel quorum per prophetam dominus ieiunium detestatur. ad quorum personam cum sibi obiciens ante dixisset: *quare ieiunauimus, et non aspexisti: humiliuimus animas nostras, et nescisti?*

confestim subiciens prodidit causas, cur non merentur audiri: *ecce, inquit, in diebus ieiunii uestri inuenietur uoluntas uestra, et omnes debitores uestros repetitis. ecce ad lites et contentiones ieiunatis, et percussitis pugno impie. nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. numquid tale est ieiunium, quod elegi, per diem adfligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circum caput suum, et saccum et cinerem sternere? numquid istud uocabitis ieiunium, et diem acceptabilem domino?*

6. deinde infert docens quomodo acceptabilis fiat continentia ieiunantis atque euidenter enuntiat per se solum ieiunium prodesse non posse, nisi has quae subiciuntur causas habuerit consequentes, *nonne hoc est, inquiens, ieiunium, quod elegi? dissolue conligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, et omne onus disrumpe. frange esurienti panem tuum, et egenos, uagosque induc in domum tuam: cum uideris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam iustitia tua, et gloria domini colliget te. tunc inuocabis, et dominus exaudiet te: clamabis, et dicet: ecce adsum.*

7. uidetis ergo ieiuniuin nequaquam principale bonum a domino iudicari, eo quod non per semet ipsum, sed per alia opera bonum ac deo bene placitum fiat et rursum ex accedentibus causis non solum uanum, uerum etiam odibile censeatur dicente domino: *cum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum.*

Of ook in het geval van een feest, dat een passend gebruik van voedsel veroorlooft en waarvan de maaltijd een overigens noodzakelijke onderbreking van het vasten betekent. Als iemand dan het vasten strikt en ononderbroken wil bewaren, zal men hem niet zozeer voor vroom als wel voor lomp en onredelijk houden.

Deze dingen zijn ook niet minder gevaarlijk voor hen die met hun vasten menselijke lof najagen en die met hun uitgemergeld gezicht te koop lopen om de faam van heiligheid te verwerven. Van zulke zegt het evangelie dat ze hun loon hier al hebben ontvangen (Mt. 6,16), en bij monde van de profeet verfoeit de Heer hun vasten. Hij laat hen eerst tegen zich de opwerping maken: *Waarom hebben wij gevast en hebt Gij er niet naar gekeken? Waarom hebben wij ons vernederd en hebt Gij het niet geweten?* (Jes. 58,3).

Onmiddellijk daarop geeft Hij de redenen waarom zij niet verdienden gehoord te worden: *Ziet, op uw vastendag doet gij uw eigen wil en eist gij al uw schulden op. Gij vast onder kijven en twisten en slaat er ruw met de vuisten op. Vast niet zoals tot nu toe als ge wilt dat uw geroep in de hoge wordt gehoord. Is dit het vasten dat Ik verlang: dat men zich de dag door kwelt, zijn hoofd kromt als een cirkel en ligt in zak en as? Noemt ge dat soms vasten, en een dag die de Heer behaagt?* (Jes. 58,3-5).

Daarna leert Hij hoe het vasten welgevallig wordt, en zegt duidelijk dat het vasten op zich alleen niet van nut kan zijn, tenzij er de volgende zaken aan verbonden zijn: *Is dit niet een vasten zoals Ik het wil: slaak de boeien van de zonde, maak de knellende banden los, laat de verdrukten vrij gaan en verbreek ieder juk. Reik de hongerige uw brood en neem de armen en zwervers in uw huis op. Als ge een naakte ziet, kleed hem en veracht uw eigen vlees niet. Dan zal uw licht stralen als de morgen en uw gezondheid spoedig komen. Uw gerechtigheid zal voor u uitgaan en de glorie van de Heer zal u beschermen. Als ge dan aanroept, zal de Heer u verhoren; ge zult roepen en Hij zal zeggen: hier ben Ik* (Jes. 58,6-9).

Ge ziet dus dat het vasten door de Heer volstrekt niet als een hoofdgoed wordt beschouwd, aangezien het niet uit zichzelf, maar door andere werken goed en God aangenaam is, en van de andere kant om bijkomende redenen ijdel kan worden en zelfs afkeer verdienen: *Al vasten zij ook, zegt de Heer, ik zal hun gebeden niet verhoren* (Jer. 14,12).

XV. QUOD PRINCIPALE BONUM NON PROPTER INFERIUS  
BONUM DEBEAT EXERCERI

Non enim misericordia, patientia et caritas uel illa praedictarum praecepta uirtutum, in quibus utique bonum est principale, propter ieiunia sunt tenenda, sed potius ieiunia propter illa.

elaborandum est enim ut uirtutes illae, quae uere bonae sunt, ieiuniis adquirantur, non ut ad ieiuniorum terminum tendant illa exercitia uirtutum. ob hoc ergo est utilis carnis adflictio, ob hoc ei adhibenda est inediae medicina, ut per illam ad caritatem, in qua immobile ac sine ulla temporis exceptione perpetuum bonum est, peruenire possimus.

neque enim medicinae, aurificinae uel ceterarum quae in hoc mundo sunt artium disciplinae propter instrumenta quae ad eius opus pertinent exercentur et non potius ferramenta propter artis exercitium praeparantur.

2. quae sicut utilia sunt peritis, ita superflua his qui artis ipsius nesciunt disciplinam, et sicut his, qui ad efficiendum opus suum eorum ministerio fulciuntur, plurimum prosunt, ita illis, qui cuius rei gratia instituta sint ignorantes sola eorum possessione contenti sunt, penitus prodesse non possunt, quia utilitatis suae summam in retentatione eorum tantum, non in operis consummatione constituunt.

illud ergo est optimum principaliter, propter quod fiunt illa quae media sunt, ipsum uero praecipuum bonum non ob aliam causam, sed propter suam tantum agitur bonitatem.

XVI. QUOMODO A CETERIS BONIS PRINCIPALE  
DISCERNATUR BONUM

Quod quidem a ceteris, quae media esse praediximus, his discernitur modis: si per se bonum sit et non per aliud aliquid: si propter se necessarium sit et non propter aliud: si inmutabiliter semperque sit bonum ac perpetuo suam retinens qualitatem numquam possit in partem transire contrariam: si ademptio uel cessatio eius non possit non summam inferre perniciem: si id quod illi contrarium est similiter principale sit malum nec in partem bonam possit aliquando transire.

2. quae definitiones, quibus principalium bonorum natura discernitur, adscribi ieiuniis omnino non possunt.

15. Een essentieel goed moet niet omwille van een  
lager goed in praktijk worden gebracht

Inderdaad, de barmhartigheid, het geduld, de liefde of de andere bovengenoemde deugden - waarin zeer duidelijk een essentieel goed is gelegen - moeten niet onderhouden worden omwille van het vasten, maar het vasten omwille van die deugden.

Men moet erop werken, die deugden, die waarlijk goed zijn, door vasten te verkrijgen en niet de beoefening van de deugden aan het vasten ondergeschikt te maken. De tuchtiging van het vlees is dus hierom nuttig, het geneesmiddel van de honger is dus hierom aan te wenden, dat we daardoor kunnen komen tot de liefde, waarin een onveranderlijk en eeuwig goed is gelegen, zonder uitzondering van tijd.

De geneeskunst of de goudsmeedkunst of andere kunsten en ambachten die er in deze wereld zijn, worden evenmin beoefend omwille van de instrumenten die bij dat vak horen: neen, men voorziet zich van gereedschappen om het vak uit te oefenen.

Zo nuttig deze zijn voor de mensen van het vak, zo overtollig zijn ze voor hen die het vak niet verstaan. Voor hem die zich ervan bedient om zijn werk te doen, zijn ze van groot nut; maar voor hem die niet weet waartoe ze dienen en die zich er eenvoudig mee tevreden stelt ze te bezitten, kunnen ze volstrekt niet van nut zijn, want hij ziet het hele nut in het loutere bezit ervan en niet in het verrichten van enig werk.

Is derhalve een essentieel goed datgene waarom de neutrale dingen gedaan worden. En dat hoofdgoed wordt niet omwille van iets anders gezocht, doch enkel om zeen eigen goedheid.

16. Hoe men het hoofdgoed van het andere goed  
onderscheidt

Een hoofdgoed onderscheidt men van de rest, die wij neutraal hebben genoemd, door de volgende kentekenen: het is goed uit zichzelf, en niet door iets anders; het is altijd en onveranderlijk goed; het behoudt steeds zijn waarde en kan nooit in het tegenovergestelde overgaan; het verlies of de onderbreking ervan veroorzaakt steeds de grootste schade; het tegendeel ervan is ook steeds een essentieel kwaad, dat nooit in het goede kan overgaan.

Deze eigenschappen, waaraan men een hoofdgoed herkent, kan men volstrekt niet aan het vasten toekennen.



neque enim ex semet ipsis bona aut propter se necessaria sunt, quia propter acquirendam cordis et corporis puritatem salubriter exercentur, ut aculeis carnis obtusis mens pacifica suo reconcilietur auctori, nec inmutabiliter semperque sunt bona, quia plerumque eorum intermissione non laedimur, immo etiam in perniciem interdum animae inopportunitus celebrata uertuntur.

3. sed nec principale malum est id quod illi uidetur aduersum, id est ciborum naturaliter iucunda perceptio: quae, nisi intemperantia atque luxuria uel alia quaedam uitia subsequantur, mala non potest definiri, quia non *quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quae procedunt de ore, haec coinquant hominem.*

principali itaque derogat bono nec perfecte aut sine peccato illud exsequitur, quisquis id non propter se, sed propter aliud aliquid facit omnia enim huius gratia facienda sunt, ipsum uero propter se solum est expetendum.

## XVII. DE RATIONE ET UTILITATE IEIUNII

Talem igitur definitionem super ieiunii qualitate iugiter retinentes ita illud totis animi uiribus adpetamus, ut tamen tunc demum id nobis congruum nouerimus, si in eo temporum ratio, si qualitas, si mensura seruatur, nec ita ut in ipso spei nostrae terminum defigamus, sed ut per ipsum ad puritatem cordis et apostolicam caritatem peruenire possimus.

igitur ex hoc ipso ieiunium, cui non solum specialia praefixa sunt tempora quibus uel exerceri debeat uel remitti, sed etiam qualitas modusque propositus est, non principale bonum, sed medium quiddam esse manifestum est.

2. ceterum haec, quae praecepti auctoritate uel mandantur ut bona uel interduntur ut noxia, numquam ita exceptioni temporum subiacent, ut interdum aut quae uetita sunt fieri debeant aut quae imperata sunt praetermitti.

nec enim ullus iustitiae, patientiae, sobrietati, pudicitiae, caritati statutus est modus, nec rursum iniustitiae, impatientiae, furori, inpudicitiae, inuidiae atque superbiae libertas aliquando permissa est.

Dat is niet uit zichzelf goed of om zichzelf noodzakelijk, want men beoefent het - met recht - om de zuiverheid van hart en van lichaam te verwerven: het verzwakt de prikkels van het vlees, en de geest komt tot vrede met zijn Schepper. Het is niet onveranderlijk en altijd goed, want meestal ondervinden we geen nadelen van een onderbreking ervan, en het kan zelfs - als het te onpas wordt beoefend, leiden tot de ondergang van de ziel.

Trouwens, wat er tegenover staat, het natuurlijk genoegen te eten, is op zichzelf geen kwaad: men kan dat geen kwaad noemen tenzij er onmatigheid of wellust of andere ondeugden bij komen, want *niet wat de mond binnegaat bezoedelt de mens; de mens wordt bezoedeld door wat de mond uitgaat* (Mt. 15,11).

Men doet dus een hoofdgoed te kort, men volbrengt het onvolmaakt en niet zonder zonde, als men het niet om zichzelf maar om iets anders doet. Alles moet omwille van dit goed gedaan worden; alleen dit goed moet om zichzelf worden gezocht.

## 17. De aard en het nut van het vasten

Laten we dus deze idee omtrent de aard van het vasten voortdurend voor ogen houden en zo met al de krachten van onze ziel er naar streven; wetend dat het nuttig voor ons is als we ons houden aan de tijd, aan de hoedanigheid en aan de maat die passend is, en niet als we in het vasten zelf het doel van onze hoop vestigen, maar om door het vasten tot de zuiverheid van hart en tot de liefde van de Apostel te komen.

Het feit dat er voor het vasten speciale tijden zijn vastgesteld waarop men het in praktijk moet brengen dan wel moet nalaten, en dat zelfs de hoedanigheid en de maat worden aangegeven, is een bewijs dat het geen hoofdgoed is, maar zich in een tussenpositie bevindt.

Wat door het gezag van een gebod wordt bevolen als goed of verboden als kwaad, is nooit aan zulke uitzonderingen van tijd onderworpen, zodat men op bepaalde ogenblikken zou moeten doen wat verboden is of moeten nalaten wat geboden is.

Voor de rechtvaardigheid, het geduld, de gematigdheid, de zuiverheid, de liefde, bestaat geen maat, en van de andere kant zijn de onrechtvaardigheid, het geduld, de toorn, de onzuiverheid, de afgunst of de hoogmoed niet af en toe toegestaan.

## XVIII. NON SEMPER CONGRUUM ESSE IEIUNIUM

Quamobrem his de ieiunii qualitate praemissis subdenda adhuc sanctarum scripturarum uidetur auctoritas, per quam manifestius adprobetur ieiunium perpetuo custodiri nec debere nec posse.

in euangelio ieiunantibus Pharisaeis una cum discipulis Iohannis Baptistae cum apostoli, utpote amici atque coniuuae caelestis illius sponsi, necdum ieiuniorum obseruantiam custodirent, discipuli Iohannis, qui summam iustitiae se ieiuniis possidere credebant, quippe illius sectatores qui eximius paenitentiae praedicator ita cunctis populis formam suo praebebat exemplo, ut non solum uaria escarum genera quae humanis usibus subgeruntur abnueret, uerum etiam communem panis ipsius esum penitus ignoraret, domino conqueruntur dicentes: *quare nos et Pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?*

2. quibus respondens dominus euidenter ostendit non omni tempore congruum esse ieiunium nec necessarium, cum aliqua uel festiuitas temporum uel interueniens caritatis occasio indulgentiam refectionis admittit, *numquid possunt*, inquit, *fili sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? uenient autem dies cum ab eis auferetur sponsus, et tunc ieiunabunt.*

quae uerba licet ante resurrectionem dixerit corporis sui, tamen proprie Quinquagesimae tempus ostendunt, in quo post resurrectionem per quadraginta dies domino cum discipulis epulante ieiunare illos cotidiana eius praesentiae gaudium non sinebat.

## XVIII. INTERROGATIO, CUR TOTIS QUINQUAGESIMAE DIEBUS IEIUNIUM RESOLUAMUS

GERMANUS:

Quare igitur tota Quinquagesima abstinentiae rigorem prandiis relaxamus, cum utique Christus quadraginta tantum diebus post resurrectionem cum discipulis fuerit conmoratus?

## XX. RESPONSIO

THEONAS:

Non incongrua interrogatio uestra rationem integerrimae ueritatis meretur agnoscere.

18. *Het past niet altijd te vasten*

Na het boven gezegde over de hoedanigheid van het vasten, moeten we nu nog, dunkt ons, het gezag van de heilige Schrift laten spreken, en dat zal ons duidelijk bewijzen dat men niet altijd mag noch kan vasten.

In het euangelie lezen we dat de farizeeën en ook de leerlingen van Joannes de Doper vasten, terwijl de apostelen, vrienden en tafelgenoten van de hemelse Bruidegom, dat nog niet deden. De leerlingen van Joannes meenden door hun vasten de hoogste gerechtigheid te bezitten. Ze waren immers de navolgers van die buitengewone boetprediker, die door zijn voorbeeld een model was voor alle volkeren: hij zag niet alleen af van de velerlei spijsen die de mensen gebruiken, maar hij kende zelfs het doodgewone brood niet! Zij beklagen zich bij de Heer: *Waarom vasten wij en de farizeeën vaak en vasten uw leerlingen niet?* (Mt. 9,14).

Door zijn antwoord toont de Heer duidelijk dat vasten niet altijd passend is noch noodzakelijk: wanneer namelijk een feesttijd of enige reden van broederlijke toegeeflijkheid in het eten veroorlooft. *Kunnen de vrienden van de bruidegom soms bedroefd zijn zolang de bruidegom bij hen is? Maar er zullen dagen komen, dat de bruidegom van hen is weggenomen, en dan zullen zij vasten* (Mt. 9,15).

Hoewel Hij deze woorden vóór de verrijzenis van zijn lichaam heeft gezegd, doen ze toch duidelijk denken aan de vijftigdagentijd. In die periode, veertig dagen lang na zijn verrijzenis, at de Heer met zijn leerlingen, en de vreugde van zijn dagelijkse tegenwoordigheid stond hun niet toe te vasten.

19. *Vraag: Waarom verbreken wij het vasten al de dagen van de vijftigdagentijd ?*

GERMANUS:

Waarom laten wij dan gedurende de gehele vijftigdagentijd voor ons middagmaal de tucht van het vasten varen? Christus heeft na zijn verrijzenis toch slechts veertig dagen met zijn leerlingen verkeer!

20. *Antwoord*

THEONAS:

Uw vraag is niet te onpas, en verdient de volledige waarheid te kennen.

post ascensionem saluatoris nostri, quae quadragensimo resurrectionis eius acta est die, apostoli reuersi de monte Oliueti, in quo se ad patrem pergens praebuit intuendum, sicut etiam Actuum apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam decem diebus aduentum spiritus sancti expectasse referuntur, quibus expletis quinquagensima eum die cum gaudio susceperunt.

2. et ita est per haec festiuitatis huius numerus euidenter inpletus, quem in ueteri quoque legimus testamento figuraliter adumbratum, in quo consummatis ebdomadibus septem primitiarum panis per sacerdotes domino iubebatur offerri: qui uerissime per apostolorum praedicationem, qua in illo die contionati leguntur ad populum, oblatum domino conprobatur, uerus scilicet primitiarum panis, qui nouae doctrinae institutione prolatus quinque milibus uirorum escae suae munere satiatis primitium de Iudaeis Christianorum populum domino consecrauit.

3. et idcirco hi quoque decem dies cum superioribus quadraginta pari sollemnitate sunt ac laetitia celebrandi.

cuius festiuitatis traditio per apostolicos uiros ad nos usque transmissa eodem tenore seruanda est. ideo namque in ipsis diebus nec genua in oratione curuantur, quia inflexio genuum uelut paenitentiae ac luctus indicium est.

unde etiam per omnia eandem in illis sollemnitate quam die dominica custodimus, in qua maiores nostri nec ieiunium agendum nec genua flectendum ob reuerentiam resurrectionis dominicae tradiderunt.

#### XXI. INTERROGATIO, UTRUM ABSTINENTIA IEIUNII RELAXATA NON OBSIT CORPORIS CASTITATI

GERMANUS:

Potestne haec caro insolitis blandimentis tam longae festiuitatis inlecta non aliquid sentuosum de illo quamuis absciso uitiorum fomite germinare, aut mens praesumptis ultra consuetudinem dapibus onerata non erga famulum corpus rigorem dominationis inflectere, praesertim cum in nobis uiridior aetas cito ad rebellionem subdita membra possit conpellere, si uel escas solitas abundantius uel certe insolitas licentius praesumamus?

Na de hemelvaart van onze Verlosser, die op de veertigste dag na zijn verrijzenis heeft plaatsgehad, keerden de apostelen terug van de Olijfberg, waarop Hij zich zichtbaar heeft getoond, opgaande naar de Vader, zoals het boek der Handelingen van de apostelen verklaart. Zij zijn Jeruzalem binnengegaan en hebben daar gedurende tien dagen de komst van de Heilige Geest afgewacht. Toen die voorbij waren, hebben zij Hem, op de vijftigste dag, met vreugde ontvangen.

En zo is hierdoor het getal van deze feesttijd compleet. We vinden in het Oude Testament in beeldspraak een aanduiding daarvan. Na zeven weken moesten de priesters het brood van de eerstelingen aan de Heer aanbieden. Dat is het waarachtigst aan de Heer aangeboden door de prediking van de apostelen, die zij op die dag tot het volk hebben gericht: dat is te zeggen, het ware brood van de eerstelingen, het brood van de nieuwe leer dat vijfduizend mensen heeft gevoed en verzadigd en dat het eerste christenvolk uit de Joden aan de Heer heeft toegewijd.

En daarom moeten ook die tien dagen samen met de veertig voorafgaande met een zelfde plechtigheid en blijdschap gevierd worden.

De traditie van deze feesttijd is door de mensen vanaf de tijd der apostelen tot aan ons toe overgeleverd. Daarom moeten wij haar onveranderd bewaren. Daarom knielen wij die dagen niet tijdens het gebed, want knielen is een teken van boete en rouw.

Wij geven aan die dagen in alles hetzelfde feestelijk karakter als aan de zondag - dag waarop men, zo hebben de Vaders ons geleerd, niet mag vasten en niet mag knielen uit eerbied voor de verrijzenis van de Heer.

#### 21. Vraag: Is het nalaten van het vasten niet nadelig voor de kuisheid?

GERMANUS:

Wordt het vlees niet verleid door de ongewone zachtheid van een zo lange feesttijd? En doet dit geen dorens opgroeien uit de wortels van het kwaad, ook al zijn die afgesneden? Zal de geest, bezwaard door meer spijzen dan gewoonlijk, niets afdoen van zijn strenge heerschappij over zijn dienaar het lichaam? Vooral onze jongere leeftijd kan de onderworpen leden snel tot opstand brengen, als wij ofwel de gewone spijzen in groter overvloed tot ons nemen ofwel ongewone al te vrij gebruiken.

XXII. RESPONSIO DE SERUANDO CONTINENTIAE  
TEMPERAMENTO

THEONAS:

Si rationabili mentis uniuersa quae gerimus  
adpendamus examine et de puritate cordis nostri non  
aliorum iudicia, sed nostram semper conscientiam  
consulamus, certum est istam refectionis  
intercapedinem iustae districtioni obesse non posse, si  
modo ut dictum est aequam indulgentiae  
continentiaeque mensuram pari lance perpendens  
utramque similiter nimietatem mens incorrupta  
castiget, et utrum spiritum nostrum deliciarum  
deprimat pondus, an uero alteram hoc est corporis  
partem maior abstinentiae inclinet austeritas,  
uera discretionem distinguat, illam uel comprimens uel  
subleuans portionem, quam uel extolli senserit uel  
gruari.

2. nihil enim dominus noster ad cultum atque honorem  
suum absque iudicii moderatione uult fieri, quia *honor  
regis iudicium diligit*.

et idcirco sapientissimus Salomon, ut in neutram  
partem uergente iudicio declinemus, admonet dicens:  
*honora deum de tuis iustis laboribus, et deliba ei de  
fructibus iustitiae tuae*.

etenim residet in conscientia nostra incorruptus  
quidam ac uerus iudex, qui nonnumquam super statu  
puritatis nostrae cunctis errantibus solus ipse non  
fallitur.

3. omni igitur cautione atque sollertia iugis  
circumspecti cordis seruetur intentio, ne quo modo  
iudicio nostrae discretionis errante aut inconsideratae  
continentiae cupiditate succensi aut desiderio nimiae  
remissionis inlecti substantiam uirium nostrarum ad  
iniquae trutiniae libremus examen, sed in altera quidem  
lance animae puritatem, in altera autem uires corporis  
conlocantes ita uero conscientiae iudicio utraque  
pendamus, ut in neutram partem unius rei adfectu  
praeponderante peruersi uel ad inmodicam  
districtionem uel ad nimiam remissionem aequitatis  
libram propensius inclinemus, et illud nobis uel pro  
remissionis uel pro districtionis nimietate dicatur:  
*nonne si recte offeras, non recte autem diuidas,  
peccasti?*

4. illas etenim ieiuniorum uictimas, quas nobis  
uiolenta uiscerum conuulsione inconsiderate  
extorquentes domino recte offerre nos credimus, *ille*

22. *Antwoord: De te bewaren maat van onthouding*

THEONAS:

Als wij alles wat we doen, aan ons gezond verstand  
afwegen, en wij voor de zuiverheid van ons hart niet  
op het oordeel van anderen afgaan, maar op ons eigen  
geweten, dan kan deze tussenperiode van beter eten  
beslist geen kwaad doen aan de juiste gestrengheid.  
Maar nogmaals, de geest moet oprecht toegeeflijkheid  
en onthouding in gelijke maat in evenwicht houden en  
beiderlei overdrijving corrigeren. Hij moet in een  
zuiver onderscheid weten uit te maken of het gewicht  
van het genoegene onze geest omlaag haalt dan wel of  
een te grote gestrengheid de andere partij, dat wil  
zeggen het lichaam, terneer drukt. En  
dienovereenkomstig moet hij dat gedeelte  
neerdrücken ofwel opheffen, waarom hij voelt dat het  
te licht dan wel te zwaar wordt.

Onze Heer wil niet dat wij iets voor zijn dienst en eer  
doen zonder de leiding van ons oordeel, want *de eer  
van de koning heeft het oordeel lief* (Ps. 98,4).

En daarom spoort de wijze Salomon ons aan om naar  
geen van beide kanten af te wijken, al naar de neiging  
van ons oordeel: *Eer God met uw rechte werken, bied  
Hem de vruchten aan van uw rechte werken* (Spr. 3,9  
LXX).

Er huist inderdaad in ons geweten een onbedorven en  
waarachtige rechter: al zouden allen dwalen wat onze  
staat van zuiverheid betreft, hij alleen vergist zich  
nooit.

3. Therefore the attention of a constantly circumspect  
heart ought to be maintained with every care and  
effort. Otherwise, if the judgment of our discretion is  
somehow misled, we may either be inflamed with the  
yearning for an ill-considered abstinence or be  
seduced by the desire for too great a relaxation, and  
we may weigh the substance of our strength on an  
inaccurate scale. But we should place purity of soul on  
one side of the scale and bodily strength on the other  
and weigh both with true judgment of conscience, so  
that we may not, having been swayed by an  
overwhelming disposition toward one thing, tip the  
scale of fairness in favor of one side, whether to an  
undue strictness or to an excessive relaxation, and so  
that there may not be said to us because of an excess  
of either relaxation or strictness: *If you offer rightly  
but do not divide rightly, have you not sinned?*(Gen.  
4,7 LXX).

4. For the victims of fasting that we imprudently  
squeeze out of ourselves by violently wrenching our  
stomachs and that we believe we are offering rightly

*qui diligit misericordiam et iudicium execratur dicens: ego dominus diligens iudicium, odio habens rapinam in holocausto.*

illos etiam qui oblationum id est officiorum atque actuum suorum praecipua ad fotum carnis atque usus proprios praesumentes reliquias eorum domino ac minimam deferunt portionem, uelut operarios fraudulentos sermo diuinus ita condemnat: *maledictus qui facit opera domini fraudulenter.*

5. non ergo inmerito eum, qui se ita iniquo fallit examine, increpat dominus dicens: *ueruntamen uani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant.*

et idcirco beatus apostolus, ut discretionis moderamina retinentes in neutram partem inlecti nimietate uergamur, admonet dicens: *rationabile obsequium uestrum.*

quam rem etiam legislator similiter interdicit ita praeciens: *statera iusta, et aequa sint pondera, iustus modius, aequisque sextarius*, Salomone quoque parem super hoc sententiam proferente: *pondus magnum et pusillum et mensurae duplices, immunda sunt ante dominum utraque, et qui facit ea in adinuentionibus suis conpedietur.*

6. proinde non solum illo quo diximus, sed etiam hoc modo studendum est nobis, ut uec iniqua pondera in cordibus nostris nec in horreis conscientiae nostrae mensuras duplices habeamus, id est ne nobis ea quae ad districtiois regulam pertinent mollienda abundantiore remissionis indulgentia praesumentes eos, quibus uerbum domini praedicamus, districtioribus praeceptis et grauioribus quam ipsi sustinere possumus ponderibus obruamus: quod cum facimus, quid nisi duplici pondere atque mensura praeceptorum domini mercem frugemque uel adpendimus uel metimur?

si enim aliter ea nobis, aliter nostris fratribus dispensemus, recte increpamur a domino, eo quod stateras dolosas ac mensuras duplices habeamus, secundum illam sententiam Salomonis qua dicitur: *abominatio est domino pondus duplex, et statera dolosa non est bonum in conspectu eius.*

7. hoc etiam modo reatum dolosi ponderis duplicisque mensurae euidenter incurrimus, si districtiora quaedam quam priuatim per nostras cellulas exercere

to the Lord are detested by him who *loves mercy and judgment* (Ps. 33,5), when he says: *I the Lord love judgment, but I hate robbery in a holocaust* (Jes. 61,8).

The divine word also condemns as fraudulent workers those who offer the Lord their leavings and the smallest portion, while keeping for the pleasure of the flesh and for their own use the best parts of their oblations - that is, their duties and acts: *Cursed is the one who does the works of the Lord fraudulently* (Jer. 48,10 LXX).

5. Not unjustly, then, does the Lord rebuke him who deceives himself by an inaccurate evaluation, when he says: *Vain are the children of men. The children of men are liars on the balances, so that they may deceive* (Ps. 62,9).

Therefore the blessed Apostle urges us to maintain the rule of discretion and not to be swayed to either side, seduced by excess, when he speaks of *your rational service* (Rom. 12,1).

The Lawgiver also forbids this in like fashion when he orders as follows: *Let the balance be just and the weights equal, a just modius and an equal sextarius* (Lev. 19,36). Solomon too offers a similar opinion in this regard: *The great and small weights and the double measures are both unclean before the Lord, and whoever uses them will be hindered in his plans* (Spr. 20,10-11 LXX).

6. Furthermore, we must be careful not to have either unjust weights in our hearts or double measures in the storerooms of our conscience not only in the way that we have spoken of but also in the following way. That is, we must not burden those to whom we preach the word of the Lord with stricter and heavier precepts than we ourselves are able to bear, while taking it upon ourselves to lighten with a greater and more indulgent relaxation the things that pertain to our rule of strictness. If we do this, what are we doing but weighing and measuring the revenue and fruit of the Lords precepts with a double weight and measure?

For if we weigh them out in one way for ourselves and in another for our brothers, we are rightly rebuked by the Lord for having deceptive balances and double measures, according to the words of Solomon, where it is said: *A double weight is an abomination to the Lord, and a deceptive balance is not good in his sight* (Spr. 20,23 LXX).

7. We also clearly incur the guilt of a deceptive weight and a double measure if, out of a desire for human praise, we show ourselves off as more strict in front of

consueuimus humanae laudis cupiditate coram fratribus ostentemus, abstinentiores scilicet et sanctiores apparere adfectantes humano conspectui quam diuino: qui morbus praecipue non modo uitandus, uerum etiam abominandus est nobis.

sed interea a quaestione proposita paulo longius euagati ad eandem a qua discessimus reuertamur.

### XXIII. DE REFECTIONIS TEMPORE ATQUE MENSURA

Igitur praedictorum dierum ita est custodienda sollemnitas, ut corporis atque animae cultui prosit magis remissio indulta quam noceat, quia nec ullius festiuitatis gaudium aculeos carnis obtundere nec inmitis ille aduersarius dierum nouit reuerentia mitigari.

2. ut ergo et diebus festis statuta consuetudinis sollemnitas conseruetur et saluberrimus parsimoniae modus minime transcendatur, sufficit ut indulgentiam remissionis eo usque progredi patiamur, ut cibus, qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius id est sexta hora pro festiuitate temporis capiatur, ea ratione dumtaxat, ut escarum solitus modus uel qualitas non mutetur, ne puritas corporis uel integritas mentis abstinentia Quadragensimae conquisita Quinquagensimae remissione depereat nihilque nobis prosit obtinuisse ieiuniis, quod mox amitti cogat incauta saturitas, praesertim cum etiam hostis nostri non ignota uersutia tunc praecipue munitionem nostrae puritatis inpugnet, cum eius custodiam senserit sollemnitatis cuiusquam celebritate laxatam.

3. quamobrem uigilantissime prouidendum est, ne umquam mentis nostrae uigor blandis seductionibus eneruetur neue ut supra iam dictum est castimoniae puritatem Quadragensimae continuo labore quaesitam Quinquagensimae requie ac securitate perdamus.

et idcirco nulla penitus in ciborum qualitate uel modo admittatur adiectio, sed ab escis, quarum continentia diebus profestis integritatem pudicitiae tuebamur, etiam diebus celeberrimis similiter temperemus, ne laetitia festiuitatis perniciosissimam nobis carnalium incentiuorum suscitans pugnam uertatur in luctum illamque excellentiorem nobis quae gaudio

the brothers than we usually are when we are alone in our cells - namely, by cultivating an air, in the eyes of human beings rather than in Gods, of greater abstinence and holiness. This sickness in particular we must not only avoid but even despise.

But in the meantime we have digressed a little from the question that was asked, and we should return to it from where we left off.

### 23. De tijd en de maat van het eten

We moeten dus de feesttijd van de vijftig dagen zo doorbrengen dat de toegestane verzachting de verzorging van ziel en lichaam eerder dienstig is dan schadelijk. Want geen enkele vreugde van een feest zal de prikkels van het vlees verminderen en onze onbarmhartige tegenstander laat zich door geen eerbied voor bepaalde dagen weerhouden.

Om derhalve op feestdagen de door de gewoonte vastgestelde viering aan te houden en tegelijk de uiterst nuttige maat van soberheid niet te buiten te gaan, is dit het beste de verzachting tot zover toe te laten dat we de spijs die we op het negende uur zouden gebruiken, op feestdagen iets eerder nemen, dat wil zeggen op het zesde uur, met dien verstande dat aan de hoeveelheid of kwaliteit van de spijzen niets veranderd wordt. Anders zouden de zuiverheid van lichaam en de ongereptheid van geest, verworven in de veertigdagentijd verloren kunnen gaan door de verzachting van de vijftigdagentijd en het zou ons nergens toe dienen door vasten verworven te hebben wat we meteen daarna door een onvoorzichtige overvloed weer verliezen. Te meer omdat de welbekende listigheid van onze vijand juist dan onze zuiverheid aanvalt, wanneer hij voelt dat onze waakzaamheid verslapt vanwege de viering van een feest.

We moeten zorgvuldig waken dat geen verleidelijke zachtheid de kracht van onze geest ontzenuwt en dat we, zoals reeds gezegd, de volkomen kuisheid waarnaar we in de veertigdagentijd onder voortdurende inspanning hebben gestreefd, niet verliezen door de rust en onbezorgdheid van de vijftigdagentijd.

Daarom niets toevoegen, noch voor de hoeveelheid noch voor de kwaliteit van het eten. De spijzen waarvan de onthouding op gewone dagen onze zuiverheid ongeschonden bewaarde, moeten we ons ook op de grootste feestdagen ontzeggen. Anders kon de vreugde van het feest de kwade strijd van de hartstocht van het vlees in ons opwekken. De

in corruptionis exultat festiuitatem mentis eripiat et incipiamus post breuem carnalis laetitiae uanitatem amissam cordis pudicitiam longo paenitentiae maerore deflere.

4. studendum quin immo est, ut non frustra ad nos illa propheticae adhortationis commonitio dirigatur: celebra *Iuda festiuitates tuas, et redde uota tua.*

si enim continentiae iugitatem interiecta dierum sollemnitas non mutarit, spiritalibus feriis iugiter perfruemur, et ita nobis a seruili operatione cessantibus *erit mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato.*

blijdschap zou in rouw verkeren en zou ons het hogere feest ontnemen van de geest, die juicht in de vreugde van de onbedorvenheid.

4. We must be careful indeed, so that the warning of the prophetic exhortation will not be directed to us in vain: *Celebrate your festivals, O Judah, and pay your vows* (Nah. 2,1).

For if the occasional celebration of certain days does not interrupt a constant abstinence, we shall always enjoy spiritual feastdays, and thus, when we cease from servile activity, there shall be *month upon month and sabbath upon Sabbath* (Jes. 66,23).